





12098.

58<sup>m</sup>

1737, 27.  
10

LECTORI BENEVOLO

S. P. D

D. IOANNES FLORENS  
RIVINVS

PAND. P. P.



LECTORI BENEVOLO

S F D

D. IOANNES FLORENS

RIVINVS

PAND. P. P.



**T**Erminus probatorius, qui iure  
ciuili aeque *L. 1. C. de dilat. ac  
imperii per Recept. Imp. de anno  
1654. §. 50. et 54.* arbitrarius et iu-  
dicantis moderamini relinqui-  
tur, rectius Iure Saxonico ad li-  
tes maturandas certo spatio, et  
quidem iure Saxonico communi  
sex septimanarum *Land. N. L. I. art. 62.*, cui electorali  
iure triduum adiectum, ex quo cinerit spatum sa-  
xonicum, adstrictus, estque peremptorius vt ipso iure  
continuo cursu ruat, licet illius in sententia interlocu-  
toria nulla facta mentio, vid. *Enunc. nostr. ad Tit. XX.  
En. I.* eoque elapso omnem facultatem nouas vel me-  
liores probationes admittendi, nisi causas et personas  
quibus beneficium restitutionis in integrum indultum,  
excipias, iudici, qui superior lege esse nequit, nec fa-  
cilitate sua per abusum officii sui alterius ius quaesi-  
tum auferre potest, denegamus. Quod si a collegio  
prudentum aliter pronunciatum fuerit, sententiam

istam nullitatis arguere non erubescimus, conf. Dn.  
LEYSER *Med. ad II. Spec. CCLIX. med. 3.* Varias  
vero lites circa computationem fatalis, praesertim si a  
sententia, quae iniungebat probationem, ad superiorem  
prouocatum, in foro saepius excitantur, vt prouidi  
fatis esse nequeant causarum patroni. Interim si  
quando in appellationis instantia sequitur confirmato-  
ria prioris interlocutoriae et causam remittendam esse  
ad priorem iudicem pronuntiatur, terminus proba-  
torius a momento rei iudicatae incipit currere, nec ex-  
pectanda actorum remissio, quidquid contradicat  
BERLICH. *dec. 99.* Multo minus remissorium pu-  
blicatio, quippe quae ab exercitato iudice ne quidem  
suscipitur. *Cuinam vero iudici articuli probatoriales  
offerendi sint, et an desertionis poenam euitare possit pro-  
baturus, si iudici ad quem, durante fatali eosdem exhibeat?*  
ambigitur, et, quod mireris, intacta propemodum a  
commentatoribus ardua haec relinquitur quaestio, quae  
tamen in ipsis rerum argumentis saepius euenire pot-  
est. Oblata sunt Ordini nostro superiore mense acta,  
in quibus parti probatio intra spatium saxonicum ex-  
hibenda, reseruata insimulque remissio causae ad iudi-  
cem inferiorem decreta, eademque sententia non ob-  
stante leuiteratione iterum confirmata fuerat. Is cui  
probatio indulta, durante fatali obtulerat in summo  
prouocationum iudicio dresdensi articulos suos pro-  
batoriales iunctis nominibus testium et documentis;  
interea temporis subssecuta fuerat remissio actorum,  
quibus sententiae in forma probante iunctae erant; ac-  
cusauerat alter contumaciam aduersarii sui desertam  
probationem contendens; iudex inferior emiserat cita-  
tiones; probaturus se rite obtulisse probationem prin-  
cipi

principi contendebat, tandemque articulos vna cum literis supplicibus, ex quarum praesentato patebat tempestiue contigisse oblationem producebat; ferenda erat sententia; videbatur, desertionis notam vix euitare posse reum, siquidem probatio facienda iudici coram quo causa ventilatur, et quanquam causa per appellationem a superiore receptam eius cognitioni subiecta, tamen, dum remittenda esse acta pronunciauerat, iterum se ea causa abdicauerat, iudicique inferiori vltiorem cognitionem tribuerat, et suspensa inferioris iudicis iurisdictio per appellationem, confirmata priore sententia vel remissione decreta in pristinum statum reducta adeoque apud iudicem inferiorem vltius causa tractanda; cumque pro vno eodemque reputetur actum aliquem vel plane omittere, vel non debito modo et loco suscipere, prauidere potuisse probaturum existimabatur actum plane esse frustraneum, eumque eadem facilitate iudici a quo ac ad quem articulos probatorias exhibere, aut si fortassis ob defectum actorum impeditus fuisset, quo minus conficeret articulos probatorias, facili negotio impetrare potuisse dilationem; accedebat quod ne quidem docere poterat se debita diligentia remissionem actorum curasse. Apparebat ex RIVINI *En. ad Tit. XIIX. En. XC.* oblationem ad iurandum olim in prima instantia fieri debuisse sub poena desertionis, et oblationem in summo prouocationum iudicio factam, coram eodem reiectam, iuramentum vero pro deserto declaratum fuisse, quod fortissimum praebat argumentum ob paritatem rationis conf. *Eadem ad Tit. XX. en. XXIV.* B. MENCKEN. *ad Ord. Proc. Disp. X. §. V.* Imminebat igitur feralis sententia, sed mitiora fata per maiora vota felici fidere experiebatur. Fauor probationis,

tionis, et quod oblatio superiori facta non plane otiosa esse, potius ius saluum feruare debeat; quod fatua etiam causa a contumacia liberet; quod imperitia aduocati, praesertim deficiente lege expressa poenali, non nociua esse debeat principali, vrgebatur a dissentientibus, ipsum tamen expensas refundere debere censebatur, ad Praefect. Nossen in causa I. G. L. c. B. B. et Consortes sequentem in modum: daß Klägers Sachen fol. 286. gestalten Sachen nach und in Erwägung daß Beklagter den ihm in der Appellations-Instanz fol. 250. - b nachgelassen Beweis, daselbst intra fatale fol. 291. übergeben, nicht statt hat, jedoch ist derselbe die disfalls verursachten Unkosten nach vorgehender Liquidation und richterlichen Ermäßigung Klägern abzustatten schuldig. Nemini tamen autor suaorque extiterim vt rem aleae adeo plenam suscipiat, cum motus iudicis variare soleat, et vix ignoscendum sit conscientioso causarum patrono qui adeo periculofam viam ingreditur. Meretur commemorari alius notatu dignus casus. Iniuncta nempe erat coram iudicio Frauenhaynenf in causa A. M. V. c. I. G. actrici probatio per sententiam de publicato 17. Dec. 1735. offerebat actrix d. 16. Ian. 1736. Potentissimo articulos probatoriales; per literas supplices, adductis variis suspicionis causis, iudicis inferioris cognitioni causam subducere et vt praefecto haynenf committeretur efficere intendebat; sed ibidem oretenus vt probationem competente et debito loco offerret, caeterum iura sua ibidem deduceret, et euentualiter relationem ad Principem impetraret, responsum ferebat. Hinc sub praesentato 31. Ian. 1736. offerebat iudici inferiori articulos quos a superiore receperat, sed non pete-



petebat emissionem citationum, potius vrgebat relationem ad principem, adiecta euentuali appellatione; reus accusabat contumaciam actricis, cuius appellatio reiiciebatur quidem mense iunii eiusdem anni, sed in iungebatur insimul iudici vt super accusatione contumaciae sententiam e collegio aliquo ICrorum peteret; praefigebatur terminus in quo vterque litigantium iura sua prolixè deducebat; interea temporis iterum actrix adibat Potentissimum; vrgebat fonticas causas propter quas auocatio actorum fieri debebat, et impetrabat rescriptum quo relatio vna cum actis impetrabatur, quae tandem effecit auocationem totius causae quae vicino praefecto committebatur; hic praeuio termino inrotulationis trans mittebat acta ad Collegium nostrum, quod in fauorem actricis Mens. Mai. a.c. respondebat: **Das** Beklagens fol. 208. angebrachte Ungehorsams Beschuldigung nicht statt hat, sondern es wird mit Ausfertigung derer citationen auf den fol. 182. sequ. übergebenen Beweisdesgleichen der Zeugen Verhör gebührend billig verfahren. Ad dictis rationibus: **D. W.** Beklagte den der Klägerin nachgelassenen Beweis um deswillen vor desert ausgiebet, weisen derselbe seine Beweis: Articul nicht bey dem Richter wo die Sache anhängig angebracht, am wenigsten ange suchet, daß nebst deren abschriftlichen Zufertigung ein Termin zu Abhörnung derer Zeugen, desgleichen zu Production und recognition derer brieflichen Urkunden anberaumt werden möchte, so doch in der Proc. Ordn. Tit. XX. §. I. schlechterdinges erfordert werde, und in der Erl. Proceß-Ordn. nicht aufgehoben worden, welches die gänzliche Ver summis nach sich ziehen müsse. **D. a. u. d.** Kläger

den



den ihm inlungirten Beweis bey dem Potentissimo fol. 178. eingereicht, darneben um auocation der Sache angeſuchet, und als er daſelbſt den Beweis behö- rigen Ortes zu übergeben angewieſen, er ſolches bey annoch lauffender ſächſiſchen Friſt fol. 176. bewerk- ſtelliget, hierdurch das fatale allenthalben ſaluiret und iuxta Ordinat. recogn. ad Tit. XX. §. 7. keine deſer- tion zu ſtatuiren, zumahlen da die Sache wegen de- rer einlauffenden Umſtände doch noch auociret, und allergnädigſte Commiſſion an das Amt Hayn erthei- let worden. So iſt r. Quae ſententia, actis ad nos iterum tranſmiſſis, non obſtante leuteratione cum ex- pensis retardati proceſſus confirmata hoc ipſo ann. m. Septembr. Haec praefatus nominandos habeo Iuuenes Nobiliſſimos

Dn. IO. HENRICVM LORENZ, Lipf.

Dn. CAROLVM FERDINANDVM HAV- SEN, Grunhaynenf.

Dn. HAVBOLD ADOLPH. HVTH, Pegauienf.

Dn. IO. GVSTAVVM DAVLING, Schleuſing.

Dn. CAROLVM GODOFREDVM FOER- STER, Gefell-Varifc.

Dn. GOTTHELE. FRIDER. WEBER, Drefd.

Dn. CHRISTIAN. GODOFR. KREBS. Leiſnig.

Qui ad vltimos ſeptem libros Pandectarum, me Praefide, modo Reſpondentis, modo Opponentis vices, diebus pu- blice indicandis, haectenus recepto more in Auditorio Ictorum Petrino tuebuntur, quibus diſputationibus, vt Generoſiſſimi atque Nobiliſſimi Commilitones frequentes interſint, eosdem humaniſſime rogatos cupit Praefes.

P. P. Domin. XI. P. F. S. S. Trinit. A. R. S.

MDCCXXXVII.

LIPSAE, EX OFFICINA LANGENHEMIANA.





Leipzig, Diss., 1737 (n/2)

ULB Halle

3

001 608 142



TA-70L





Inches  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
|      |      |       |        |     |         |       |         |       |

58m

1737, 27.  
10

I BENEVOLO  
S. P. D  
ES FLORENS  
VINVS  
AND. P. P.

